scripturas in quibus putatis vitam ethernam
habere et ille sunt que testimonium perhibent
de me ¶ quasi dicit vos qui in scrip-
turis putatis vitam ethernam habere ¶ et
me quasi contrarium moysi repudi-
atis testimonio ipsius moysi me esse
deum intelligere potestis si ipsas scriptu-
ras diligenter investigatis ¶ omnis enim
scriptura testimonium perhibet de xpo
sive per figuras sive per prophetas sive per
angelorum ministeria sed hijs iudei
de xpo non crediderunt ideo vitam
ethernam habere non possunt unde sequitur
N ¶ Et non vultis venire ad me ut
vitam habeatis ¶ quasi dicit scripture
perhibent testimonium et tamen propter testimo-
nia non vultis venire ad me id est non
vultis credere michi et ante querere
veram salutem ¶ Requirit autem ma-
gna diligencia ad investigandam
veritatem ideo dicit ¶ Crisostomus quia ipsius
non ad lectionem simplicem scripturarum
sed ad scrutationem exquisitam mitte-
bat quia ea que de eo dicebantur
in scripturis de super obumbrabantur neque
in superficie exprimebantur sed velud quidam
dam thezaurus recondebatur ideo
autem dicit in quibus habetis vitam
ethernam sed in quibus estimatis vos habere
ostendens quod non capiebant ma-
gnum fructum et nobilem ex scriptu-
ris sed solam lectionem estimantes se salvari
per ipsam ¶ Quod cum fide essent privati ipsius quod
ipse dicit et non vultis venire ad me ut
vitam habeatis quia ei credere nole-
bant ¶ Sed quia fuerunt ¶ Crisostomus dicit suspi-
cantes quia ipse testimonium di-
mittit iohannis et testimonium dei
et operum suorum ut eos ad se trahat et
probabile erat multos suspicari quod
dicit gloriam hominis amans et ideo
dicit hoc dicit ¶ Claritatem ab homi-
O nibus non accipio ¶ hoc est non indigeo
non enim est mea natura talis ut
indigeat ea que ab hominibus sunt quia
¶ Sicut enim sol a lucerna lumine
gloria non recipit adiectionem multomagis
ego humana gloria non indigeo
vel sicut dicit ¶ claritatem ab ho-
minibus non accipio id est laudem hu-
manam non quero non enim veni
ut honorem ab hominibus acciperem
carnalem honorem hominibus datum
spiritualem ¶ Non ergo ideo hec loquor
ut gloriam meam queram sed doleo
vobis errantibus et volo vos revocare
P ¶ Sed cognovi vos quia
¶ Dilectionem dei non habetis in vobis
¶ quasi dicit sicut Crisostomus ideo hoc

dixi ut convincam vos qui propter amo-
rem dei non habetis me persequimini
¶ Etenim ipse testatur michi per opera
perfectum ¶ Oportebat igitur ut si sicut
me abiciebatis estimantes deo esse
contrarium ita nunc ad me veniretis si deum
amaretis sed non amatis non autem ab ipso
solum sed eos qui sunt hic ostendit
dicens ¶ Ego veni in nomine patris
mei et non accepistis me si alius venerit
in nomine suo illum accipietis ¶ Ideo
dicit sic in nomine patris veniisse ut omnem
abscidat occasionem inverecundis ¶ Et
sic dicit sicut Augustinus ¶ Ideo veni in mundum
ut patrem glorificem nomine patris quia
per omnia atribuo dilectionem quod deum
habebant quia nolebant eum recipere